



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Francisci Xaverii E Societate Iesv Indiarvm Apostoli Novarvm Epistolarvm Libri Septem

Francisco <de Javier>

Romæ, 1667

Epistola IX. Eidem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46129)

112 S. FRANCISCI XAVERII

que Catechismum : Viri quidem manè; Mu-
lieres vespere. Si erit isthic Franciscus Coël-
lius, dic illi, festinet venire. sic jubere me.
Deus te suâ protectione custodiat. Vale.
Manapare hâc feriâ secundâ xix. Kal. Iulias
AN. MDCLXIV.

Iam persolvi huic Mauro, cui trado hanc
Epistolam, quod illi promiseram, ut iret Ca-
reapataum.

Tuus in Christo Amantissimus Frater.

Franciscus.

EPISTOLA IX.

EIDEM?

Carissime in Christo Frater. Nuncio Ti-
bi, me per Dei gratiam, benè valere.
dignetur utinam qui mihi dat valetudinem,
concedere etiam, ut eam in ipsius obsequium
impendam. Fac in dies sciam quid isthic
geratur, quo loco res tuæ sint, quid Chri-
stiani agant, omni studio incumbere ad festi-
nandam Ædis Sacræ structuram. Cum ea per-
fecta

fecta fuerit, velim statim fieri certior. His adjunctas literas Praefecto inscriptas, cupio commendes valdè fido Tabellario. Oro etiam atque etiam, in primis cordi tibi sit institutio Puerorum. Illud verò diligentissimè cures, majorem in modum opto: ne quis recens natorum non statim, aut quamprimum, à te baptizetur: ut his saltem animabus, plerisque migrantibus è corpusculis ante rationis usum, frequentetur Paradisus, in quem Adulti nec malis propelli, nec bonis allici se sinunt. Manuéli à Cruce salutem à me plurimam imperti. Hortor Matthæum ut perseveret & proficiat in bono. Fac te comem & humanum cum isti Genti præbeas, tum præsertim Magistratibus eorum & Praefectis Pagorum, quos Adigares vocant. Dominus Noster sit. semper tecum. Vale. • Virandapatanao x. Kal. Iulias Anno CIOIOXLIV.

Tuus in Christo Amantissimus Frater.

Franciscus.

H

EPI-